INfunde quæſumus Domine famulis tuis Spiritum veritatis & pacis, ut quæ tibi placita ſunt toto corde cognoſcant, & agnita tota virtute ſectentur, Per eundem Dominum, &c.

Contra Adverſitates.

v. *Redime nos Deus Iſraël:*

R. *Ex omnibus iniquitatibus noſtris.*

DEus qui contritorum non deſpicis gemitum, & merentium non ſpernis affectum: adeſto precibus noſtris, quas tibi pro tribulatione noſtra effundimus, eaſq; cleméter ſuſcipere dignare, ut quicquid contra nos diabolicæ atque humanæ moliuntur adverſitates, ad nihilum redigatur, & conſilio tuæ pietatis allidatur, ut nullis inſectationibus læſi in Eccleſia tua ſancta tibi gratias referamus, Per Dominum noſtrum, &c.

Contra Subitaneum mortem.

v. *Qui regis Iſraël intende:*

R. *Qui ducis velut ovem Ioſeph.*

OMnipotens & misericors Deus, reſpice propitius populum tuum majeſtate tuæ ſubjectum, & ne nos furor impeſtive mortis inveniat, dextera tua propitiationis cuſtodiat, Per Dominum noſtrum, &c.

Pro Captivis.

v. *Domine exaudi orationem meam:*

R. *Et clamor meus ad te veniat.*

DEus qui beatum Petrum Apoſtolum à vinculis abſolutum illæſum abire feciſti, famulorum tuorum N. in captivitate poſitorum vincula ſolve, noſque de illorum liberatione cito lætifices, Per Dominum, &c.

Pro Morituris.

v. *Secundum multitudinem miſerationum tuarum Domine:*

R. *Dele iniquitates noſtras.*

OMnipotens Deus, conſervator animarum, qui quos diligis corripis, pie ad emendationem

indignationem tuam provocemus elati, Per eundem Dominum, &c.

Contra Eccleſiæ Adverſitates.

v. *Domine exaudi orationem meam:*

R *Et clamor meus ad te veniat.*

ECcleſiæ tuæ quæſumus Domine preces placatus admitte, ut deſtructis ſpiritu oris tui hoſtibus, & erroribus univerſis ſecura & Chriſtiana tibi ſerviat libertate, Per Domi:

Pro Serenitate.

v. *Dominus dabit benignitatem:*

R. *Et terra noſtra dabit fructũ ſuum.*

AD te nos Domino clamantes exaudi, & aëris ſerenitatem nobis tribue ſupplicantibus, ut qui juſte pro peccatis noſtris affligimur, miſericordia tua perveniente clementiam ſentiamus, Per Dominum noſtrum, &c.

Pro Pluvia.

v. *Dominus dabit benignitatem:*

R. *Et terra noſtra dabit fructũ ſuum.*

DEus in quo vivimus, movemur & ſumus, pluviam nobis tribue congruentem, ut præſentibus ſubſidiis adjuti ſempiterna fiducialibus appetamus, Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, Amen.

Scholion de collectis.

Iſtæ preces quas hîc adiecimus, & ſimiles ſunt communes. Collectæ autem dictæ vel à collecto, ſeu congregato cœtu fidelium, in quo recitantur: vel à coactis, & collectis eleemoſynis ad ſublevationem pauperum, quas Apoſtolus λογίας vocat, quaſi συλλογίος & Χαριμ 1 Cor. 16.13. Olim eas Mi-

Vt Satanam ſub pedibus noſtris conterere digneris.	Te rogamus audi nos.
Vt operarios fideles in meſſem tuam mittere digneris.	
Vt incrementũ verbi & fructum ſpiritus cunctis audientibus donare digneris	
Vt lapſos erigere & ſtantes confortare digneris.	
Vt puſillanimos & tentatos conſolari & adjuvare digneris.	
Vt Regibus & Principibus cunctis pacem & concordiam donare digneris.	
Vt Cæſari noſtro perpetuam victoriam contra hoſtes ſuos donare digneris.	
Vt Principem noſtrum cum ſuis præſidibus, dirigere & tueri digneris.	
Vt Magiſtratui & Plebi noſtræ benedicere, & cuſtodire dign.	

RMK I. 1618/m.
OSZK lelt. Rég. R. Nr. Sz. 27942/1958

gatur, conſilioque tuæ bonitatis diſpergatur, ut nullis inſectationibus læſi, in Eccleſia tua ſancta, tibi ſemper gratias agamus, Per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

A L I A.

FIant Domine oculi tui intendentes, ſuper regnum iſtud, ſuper proceres regni iſtius, civitatem iſtam, & omnem Chriſtianum populum: ſapientiam, pacem, charitatem & omnia quæ noſti nobis eſſe neceſſaria, Clemens & propitius tribue, Amen.

A Z O N.

VRam, mi reánk az te ſzemeid viſgyázzanak, és az mi orſzágunkra, és orſzágunknak Feiedelmire; Ez mi váróſunkra és minden helyben lévő kereſztyénekre, ſzent bölcſeſſéggel, béſkeſſéggel, ſzeretettel és minden ſzükſéges dólgainkban ió ſzerencſékkel: kegyelmes hozzánk lévén áldgy megh aiándékiddal, Amen.

Orsz. Széchényi Könyvtár

R. *Fac cum ſervo tuo ſecundum miſericordiam tuam.*

OMnipotens Deus, miſerere famuli tui, & dirige eum ſecundum clementiam tuam in viam ſalutis æternæ, ut te donante tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat, Per Do:

Pro Pace.

v. *Fiat Pax in virtute tua:*

R. *Et abundantia in turribus tuis.*

ORemus: Deus à quo ſancta deſideria, recta conſilia & juſta ſunt opera: da ſervis tuis illam, quam mundus dare non poteſt pacem, ut & corda noſtra mandatis tuis ſint dedita, & hoſtium ſublata formidine ſint tua protectione tranquilla. Per Dominum, &c.

Pro agnoſcenda veritate.

v. *Ad te levavi oculos meos,*

R. *Qui habitas in cœlis.*

tionem coërces: gratias agimus tibi multiplices, & confiſi de tua pietate glorioſa, precamur, ut miſereri digneris famuli tui, ne prævaleat adverſarius animæ illius, ſed hæc tranſitum mereatur ad vitam æternam, Per Do:

Pro Inimicis.

v. *Domine exaudi orationem meam:*

R. *Et clamor meus ad te veniat.*

DEus pacis Charitatiſque amator & cuſtos, da omnibus inimicis noſtris pacem, charitatemque veram, cunctorumque eis tribue remiſsionem peccatorum, & nos ab eorum inſidiis potenter eripe, Per Dominum:

Pro Charitate.

v. *Exurgat Deus, & diſsipentur inimici: (eius.*

R. *Et fugiant qui oderunt eum à facie*

DEus qui diligentibus te facis cuncta prodeſſe; da cordibus noſtris inviolabilem

charitatis affectu, ut deſideria de tua inſpiratione cõcepta, nulla poſsint malevola tentatione mutari, Per Dominum noſtrum, &c.

Pro Caſtitate.

v. *Cor mundum crea in me Deus:*

R. *Et ſpiritum rectum innova in viſceribus meis.*

URe igni ſancti Spiritus renes noſtros & cogitationes, ut pudicitiæ & ſanctimoniæ novitate, refloreſcente carne noſtra tibi caſto corpore ſerviamus & mundo corde placeamus, Per Dominum noſtrum, &c.

Pro Humilitate.

v. *Domine exaudi orationem meam:*

R. *Et clamor meus ad te veniat.*

DEus, qui ſuperbis reſiſtis, humilibus autem das gratiam: auge in nobis veræ humilitatis virtutem, cujus formam in ſe credentibus Unigenitus tuus exhibuit, ut nunquam

niſtri admodum recitantis ac[...] ſolebant, uti etiam hodie in nonnullis Eccleſiis, lingva tamen vernacula, & purius. Alias collecta ſignificat pecuniam à pluribus collectam, quæ etiam Symbolum dicitur.

LATINA LITANIA.

Correcta.

Id Eſt:

Supplicatio aut ſupplices preces Eccleſiæ, quibus petitur conſervatio Eccleſiæ politiarum & œconomiarum.

KYrie, Chriſte, Kyrie, Chriſte, } Eleiſon.

Ut afflictos & periclitantes reſpicere & ſalvare digneris. } Te rogamus audi nos.

Ut prægnantibus & lactentibus fœlicem partum & incrementum largiri digneris.

Ut infantes & ægros fovere & cuſtodire digneris.

Ut captivos liberare digneris.

Ut pupillos & viduas protegere & providere digneris.

Ut cunctis hominibus miſereri digneris.

Ut hoſtibus, perſecutoribus & calumniatorib⁹ noſtris ignoſcere, & eos convertere digneris.

Ut fruges terræ dare & conſervare digneris.

Ut nos exaudire digneris. } Te rogamus audi nos.

Agne Dei qui tollis peccata mundi, (mundi,

Agne Dei qui tollis peccata

Agne Dei qui tollis peccata mundi, } Dona nobis pacem.

Chriſte Exaudi nos.

Kyrie, Chriſte, } Eleiſon.

Kyrie, Eleiſon, Amen.

Pater noſter, &c.

ORATIO.

Domine non ſecundum peccata noſtra facias nobis,

Neq; ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis.

DEus miſericors Pater, qui contritorum non deſpicis gemitum, & mœrentium non ſpernis affectum. Adeſto precibus noſtris, quas in afflictionibus, quæ jugiter nos præmunt, coram te effundimus, eaſque clementer exaudi, ut hoc quod contra nos diabolicæ ac humanæ fraudes moliuntur, ad nihilum redi-